494

Zbrozek Consorti Reformat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemisliensibus Gnosus Stanislaus Zbrozek Wolski sanus mente et Corpore exempts a Terris Dictibus Juribus Jurisdonibusq suis quibusuis proprys et Competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Praemisliens Jurisdoni quoad actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse Gnosus Zophia de Philipowice Consorti suae legitimae Gnosi Samuelis de eadem Philipowice Malawski cum Gnosa Catherina de Witowice procreate filiae eiusq posteris summam duorum millium floren polon ratione dotis et expeditionis per eandem Gnosam Consortem suam in domum suam de bonis paternis et maternis importatt nec non aliam similem summam duorum millium floren polon ratione veri et iusti dotality in et super tota ac integra medietate bonorum suorum generaliter omnium mobilium et immobilium summarumq quarumuis pecuniarum auri argenti Clenodiorum vestium vestimentorum equorum equirees pecorum pecudum ovis Stanni Cupri Orichalci ac totius supellectilis domesticae nunc habitt et in post habend dat dotat dotalitiat inscribit assecurat et reformat prout praesentibus dedit dotauit dotalitiauit inscripsit assecurauit et reformauit Per ipsam et eius successores medietatem bonorum praefatorum modo praemisso Reformatorum cum omni praemissorum Jure Dominio et proprietate cumq oibus

et

et singulis medietatis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter universis tenendi habendi possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi et ad usus suos suorumque successorum pro tunc beneplacitos libere et effectualiter convertendi vigore aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitarum. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Zbrozkowa Abrenunciat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Gnosa Sophia de Philipowice Gnosi Stanislai Zbrożek Wolski Consors legitima cum assistentia eiusdem Mariti sui et utroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu sana mente et corpore existens a Terrenis Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque sui quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Premislien Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia sibi Recognoscenti per manus Parentum suorum ratione Expeditionis sui Recognoscentis de bonis paternis et maternis totaliter et effective satisfactum est eademque expeditio sui Recognoscentis realiter ab eisdem Parentibus suis sibi Recognoscenti praestita est, ob quam eiusdem realem et totalem sui Expeditionem et pro praescriptis satisfactionem eadem

Recognoscens